

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtvte Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Quales examinatores debeant esse ad supradictum examen peragendum.
§. 3

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](#)

edicti se substituerent examinandos: at ex consuetudine admitti; ideoque in edicto hanc tacitam condicione imbibit, dandum, inquam, esse beneficium ius, quia in termino edicti fuerint deficii, nisi ante peractum examen alii digniores praestiterantur.

3 Ratus dubitabilis, an habens parochiale, possit se examinandum subscribere, & debet ad concursum admitti? Ratio difficultatis est; quia beneficium parochiale assumitur cum intentione ibi perpetuo manendi: celebra enim beneficatus cum sua Ecclesia spirituales nuptias. Deinde vna parochialis cum alia compari non potest. At omnino tenendum est, te posse substitere examinandum, admittit debere, & si certis dignior apparet, tibi beneficium prouideri, sic Gac. 9. p. de benef. 2. n. 209 August Barb. super decretum concilij. n. 13. refert decimum à facta congregatione, & ratio est, Quia ex beneficio habito non es redditus incapax aliud obtinendi, cum non afflupteris illud cum obligatione illud in perpetuum retinendi. Sed solum dum aliud commodius se tibi non obrulerit. Neque incompatibilis viuis beneficium cum alio probat te non posse illud obtinere, si illo obtento possidemus dimittas, sed solum probat te non posse simul vitrumque retinere.

S. I. I.

Quales examinatores debeant esse ad supradictum examen peragendum.

- 2 Expenditur Trident. decretum.
- 2 An se non eligantur sex, sed quatuor examinatores, vicietur electio? Affirmat Gac. Sed paucus eius resolutio difficultatem.
- 3 Quanto tempore duret horum examinatorum designationis.
- 4 Si intra annum senatus numerus non perfuerat, non spirat in reliquo officio.
- 5 Quid si unus, vel duo tantum remaneant in illis perfuerat.
- 6 Qualiter elapsi anno designationis, & non celebrata synodo, possit Episcopus examinatores designare.
- 7 In particulari, & in genere designationi examinatores possunt.
- 8 An si in genere & sub qualitate officij designenter, comprehendantur successores? Affirmant aliqui, Contrarium est verius.

I Constat ex Trident. dicto cap. 18. sess. 24. examinatores parochialium debent esse magistros, seu doctores, aut licenciatos in theologia, aut iure canonico, vel alias clericos, sex regulares, etiam in ordine mendicantium, aut etiam seculares, qui ad videtur ut idonei, electos solum in synodo diocesana, in qua ad minus sex eligendi sunt; licet non omnes simul ad examen concurrent debent, cum tres tantum sufficiant, omnes tamen iurare debent ad sancta Dei Euangelia, se quacunque humana affectione postposita fideliter munus executuros. Neque occasione huius examinis quidquam ante, vel post accipere possunt, alias simoniam incurvant, tant ipsi, quam dantri: neque ab ea absoluvi possunt, nisi dimissi beneficis, que quomodocumque etiam auctoritate obtinebant, & ad alia in posterum inabiles reddiduntur.

2 Verum, ut supradictum Trid. decretum clarius intonscat, aliquor designatione proponende sunt. Prima, an si Episcopus in synodo diocesana eligat solum quatuor, vel quinque examinatores, electio valida sit, & electi examinatores synodales reputentur, ita ut cum illis examen celebrari possit? Negat Gac. 9. p. de benef. cap. 2. num. 64. & refert decimum à facta congregatione: cum enim concilium statutus singulis annis in synodo diocesana debere ad minus sex examinatores proponi, qui solum quatuor proponeret, formam propositionis non seruerat. Ergo ista nulla propositio ex defecta forma. Quod confirmari potest, ex eo quod eadem facta congregatione decidit, ut refert Gac. supra. Aloysius Riccius praxis for Ecclesiast. resolut. 161. Margarita causa conscientia, verbo examinatores, num. 1. si anno transacto non superfluit sex examinatores ex designatione, non esse pro legitimis habendos. Ergo à fortiori non erunt legitimis, si à principio sex designati fuerint. Et ratio huius designationis esse potest, ut facilius possit Episcopus examinatores peragere, eligens ex pluribus. Facto ob authoritatem facta congregationis hanc sententiam amplectendamus illa. Nam illa seculula non leui ratione fulciri posset, designationem quatuor examinatores valere, esto designans male faceret minus quam sex designando. Finis namque concilii solum est, ut examinatores tribus examinatores in synodo deputantur, celebretur; qui finis obtinetur potest, rameti solum tres examinatores designantur. Quod vero horum trium examinatores designationi, aliorum trium designatione coniungatur, per accidentem videatur ad finem praecepitum concilij, & extra formam ab ipso prescripsit. Et confirmari potest Nam si anno durante, in quo fuerint sex examinatores in synodo designati, aliqui moriantur, non ideo superfluit, etiam si vias sit, definitus esse legimus examinatores, Ergo signum est defectum in numero senario non esse de substâria. Hæc argumentationis gratia proposita

sunt, Non tamen ut sententia canonizata per faciem congregacionem recedas.

3 Secunda difficultas est, quanto tempore datur hæc examinationum designatione? Videtur namque solum unico anno durannis in synodo diocesana designetur, tamen indicans se nolle, ut ultra annum designatione proficit. Carterum dicendum est, celebrata synodo singulis annis designationem examinatorum cum celebratione nouae synodi cessare, ut ex dicto concilij constat. At si singulis annis synodus non celebretur, designatione examinationum finito anno non spirat, sed durat quoque alia designatione in synodo succedit. Si quidem concilium solum dixit, ut singulis annis designatione in synodo fiat, suppontus singulis annis synodum celebrari debet. Ergo synodum non celebrata, nec designatione facta, non cessat prima designatione, cum nihil de hac cessatione concilium dixerit; & ita tenent referentes à facta congregatione dictum: Gac. 9. p. de benef. cap. 2. n. 73. Francisc. Leo in hefaur. fori Ecclesiast. par. 2. cap. 3. num. 25. August. Barbo in de posest. episc. 3. p. allegat. 60. num. 40. & in remission. concil. num. 21. Quod cetero limitandum cum Gac. & Barbo supra: modo elapsi anno sex superferat: nam si elapsi anno hic numerus non perfuerat, omnium examinatorum officium spirat, ut dictum est num. præced. Quia non est locus exquidi dispositionem concilij requiritur, ut ordinatus ex sex designationis examinatores, utriusque ad minus eligantur, cum non aditum sex designati, inter quos possit electio fieri.

Tertia difficultas est, an si intra annum designationis hic numerus senatus non perfuerat, spirat reliquorum examinatores officium. Ratio difficultatis est nuper tacta; quia senatus non potest forma à concilio praescripta in electione examinatores, quæ est ut ex sex in synodo designationes eligantur. Quod à fortiori procedit, si duo, vel vias tantum remaneant, limitatum tamen est, durante anno designationis officium examinatores in remanentibus non cessare. Quia ex quoniam non erat, ut designatione prius facta spiraret, dum alia loco ipsius subrogari non potest; sed nullatenus subrogari potest intra annum alia designatione synodalis, cum synodus solum singulis anni celebranda sit. Concil. cap. 2. sess. 24. de reform. Ergo designatione prius facta non spirat. Barbo allegat. 60. n. 49 Gac. de benef. 9. p. cap. 2. num. 69. Neque obstat ratio contraria. Negat enim potest, non seruerat formam à concilio praescriptam. Nam etiam non remaneant sex examinatores, ex quibus tres eligi possunt, sufficit quod remaneant tres eligendi ex sex, qui faciunt infinitum designationi.

5 Sed quid si unus, vel duo tantum remaneant, celescet sicut in illis officiis examinatores perfuerant ob rationem dictam. Quia non potest noua synodalis designatione fieri in remissa dictum Gac. supra. Neque obstat non potest ibi seruari formam praescriptam electionis, cum non denunt tres examinatores synodales, qui eligantur. Non, inquam, oblati; quia quando forma seruari non potest praescribitur, ut dispositum est, sicut si eo modo, qui fieri potest, perfuerat. Tiraquel. de legi. conubial. gloss. 6. 29. 6. 31. & 69. Elamin. Paris. de regnat. 16. 7. quæst. 5. num. 19. Cum autem remaneant vias, vel duobus examinatores saltem ex parte seruerat forma, dicendum est illis in officio remanere. Requiritur tamen, ut Episcopus cum consilio capituli loco mortuorum, vel absentium subrogari alios ex antiquis examinatores, aut illis deficitibus, qui ibi melius vias fuerint, saltet velque ad numerum senarii, quia haec designatione loco designationis synodalis, dum fieri non potest, Gac. a. num. 70.

6 Quarta difficultas est, an elapsi anno designationis, ut synodo non celebrata possit. Episcopus cum consilio capituli examinatores designare, quibus cum examen legimus celebretur. Affirmat August. Barbo 3. p. de posest. Episcop. alleg. 60. num. 50. & huius à Rota sapientem dictum, propter refut. Aloysius Riccius praxis. 4. 18. in 1. edit. & resolut. 5. 5. in 2. edit. Gac. 9. p. de benef. cap. 2. n. 90. & seqq. Ratio est, quia Episcopo ut ordinatio competit examinatores ad beneficia designare: cap. acceptim. & ibi Glossa atque & qualitate. Quia potest per concilij sublata non est, sed solum praescriptus modus illa videnti, scilicet in synodo diocesana, calo qui synodus diocesana celebretur. Ergo non celebrata synodo potest Episcopos examinatores designare, sicut potest, quando intra annum designantur. Et communali potest à limisi ex designatione iudicium synodalem, qui ad minus quatuor ex praescripto concilij. cap. 25. 10. de reform. designari debent in concilio pronunciaribus, aut diocesani; si de facto deceperint, potest ordinarius cum capitlio substituere alios velque ad futuram prouinciam, aut diocesanan synodum: negat ibi limitatur, ut sit intra annum designationis. Verum, ut prædictum sententiam existimat veram casu quo Episcopo ob pestem, vel aliud impedimentum non licet synodum congregare. Nam illo in casu credendum est eius designationem cum concilio capituli subrogari loco designationis synodalis, sicut subrogatur designatione examinatores, cum intra annum designationis designati moriantur, eo quod synodus ex iure tunc congregari non possit. At calo quod Episcopis

DE
CATHOLICO
PAL
TO
II

10 Ab examine parochialium notoriè dignus non excusat.

Creum est transactio constituto termino editi, omnes qui descripsi sunt examinando esse ab Episcopo, seu eo impedito ab eius vicario generali, atque ab aliis examinatibus non paucioribus, quam tribus, quorum votis, si parcs, aut singulare fuerint, accedere possit Episcopus vel vicarius, quibus magis videbitur, debentque supradicti examinatores iuramentum praestare fideliter suum manu exequendi, nihilque occasione huic examini ante, vel post recipere. Peractoque examine denunciate debent, quos repetenter idoneos atiae, moribus, doctrina, prudencia, & aliis rebus ad vacancem Ecclesiam gubernandam opportunissim. Concilium Tridentinum *ff. 24. cap. 18. de reform.* Modus autem huic examini prescriptus non est, sed ille erit obseruandus, qui in qualibet diecessi receptus fuerit, quie apriori usus fuerit ad cognoscendam examinatores aptitudines summopere procurando, ut quantum fieri possit aequalitas inter examinando obseretur, aduentores ad insigniores Ecclesias grauiora certamina fieri aequum esse.

7 Quinta difficultas est, qualiter haec examinatores designatio facienda est, an in particulari exprimendo personam, an sufficiat in genere exprimendo officium, ut si designaretur examiner synodalis canonicas magistralis, doctoralis, prior talis monasterij, &c. Ceterum est utroque modo fieri posse, quia utroque modo potest persona exprimi, & cognosci. Qui enim canonica magistralem, & doctoralem in examinatores designatae, facti exprimeret, possidentes de presenti illas praebendas intellegendos esse.

8 Dubium tamen est, an etiam successores, & subrogati in illis praebendas intelligantur? Affirmat Petrus de Ledesma, *in sum. 1. p. tract. 7. c. 7. concil. 7. circa tertiam difficult.* & testatur sic via, & confuerunt in Hispania esse receptum, & à viris doctis approbatum. Et ratio est potest, quia illa verba generalia sunt, & sufficiunt successores comprehendendi. Neque talis comprehensio videtur conciliij dispositioni obstat. Nam est sucesores in particulari approbatis non possunt à synodo, cum sint incogniti, approbantur tamen in genere titulo dignitatis, & officii, sicut sub eo titulo designantur. Et sicut Pontifex in suis rescriptis vicario diecesano, non solum approbat curiam praetentem, & de illius probitate confidit, sed approbat futurum, & successorem, quia credit (moraliter loquendo) neminem in illo officio constitutum esse, qui aptus non sit ad munus sibi commissum obsequandum: ita de examinatores synodalis sub nomine dignitatis approbatis dicendum videtur.

Nihilominus verius est, hanc sub nomine dignitatis designationem successores, & in dignitate subrogatos nequaquam comprehendendere tradit. *Garcia 9. p. de benef. c. 2. à num. 339.* Iisque pluribus Rotae decisionibus comprobatur. Ratio ea est, quia concilium illa generica propositione, & synodi approbatione concentum non est. Quod inde colligitur quia perit singularis anni examinatores designari, & supponit designatos non posse, quae non coherent cum designatione facta ratione dignitatis, enim persona ob dignitatem, & officium ad examen approbantur, ut quid singularis anni denso eligendi erant, & à synodo approbandi, cum ratio approbationis, & designationis eadem perficeret, neque designati morentur, tamen si plures decederent, designatione non personam, sed dignitatem respicit, quod est contra communem stylum & contum verba conciliij loquentis de iudicibus synodalibus, & idem est de examinatores *ff. 25. c. 10. de refib. ff. aliquam interim ex designatis mori contigerit.* Supponit ergo concilium designationem cum persona debere coniungi, non cum dignitate. Vide tract. de legib. *disp. 4. p. 26. §. 7. n. 4.*

S. IV.

Qualiter examen ad parochiale præstandum sit.

- 1 Omnes subscripti peracto termino editi examinandi sunt ab Episcopo, & peracto examine denunciandi qui fuerint idonei.
 - 2 Examen factum ante finitum terminum (est) aliqui existimare valere nullo modo suffitendum est.
 - 3 Ob dignitatem desistentium, vel non comparitionem non est examen impediendum.
 - 4 Quid si electione facta electio deficit, vel decebat?
 - 5 Examen factum ab Episcopo cum tribus examinatoribus synodalibus, & alio non synodali: affirmans aliqui fore irritum, Verius est appositum.
 - 6 Qualiter vota examinatorum parva, aut singulare debent esse, ut illis accedere possit Episcopus.
 - 7 Examen factum ab examinatoribus, qui iuramentum non preliterunt, vel sive non commiserunt, negat aliqui valere, Verius est validum esse.
 - 8 Examinatores tenentur non solum de scientia, sed de etate, & qualitate ad beneficium requisitis prouidendum examinare.
 - 9 Aliquis placet obligatum esse denunciare, qui sine dignitatibus, Probabilis est hoc iudicium Episcopo remitti.
- Ferd. de Castro Sum. Mot. Pars II.

Creum est transactio constituto termino editi, omnes qui descripsi sunt examinando esse ab Episcopo, seu eo impedito ab eius vicario generali, atque ab aliis examinatibus non paucioribus, quam tribus, quorum votis, si parcs, aut singulare fuerint, accedere possit Episcopus vel vicarius, quibus magis videbitur, debentque supradicti examinatores iuramentum praestare fideliter suum manu exequendi, nihilque occasione huic examini ante, vel post recipere. Peractoque examine denunciate debent, quos repetenter idoneos atiae, moribus, doctrina, prudencia, & aliis rebus ad vacancem Ecclesiam gubernandam opportunissim. Concilium Tridentinum *ff. 24. cap. 18. de reform.* Modus autem huic examini prescriptus non est, sed ille erit obseruandus, qui in qualibet diecessi receptus fuerit, quie apriori usus fuerit ad cognoscendam examinatores aptitudines summopere procurando, ut quantum fieri possit aequalitas inter examinando obseretur, aduentores ad insigniores Ecclesias grauiora certamina fieri aequum esse.

9 Circa supradictam doctrinam dubitabam primo, an examen factum ante transactum terminum editi nullum sit ipso iure, nullaque prouisio inde secura? Rota apud *Garcia 9. p. de benef. c. 2. n. 326. & Lambert. de iure paron. 2. p. 1. 2. q. 6. art. 25.* affirmit esse nullum comparente aliquo ante transactum terminum editi, ex *fin. de elect. in 6.* At nullo comparete suscendum esse; probantque à simili ex collatione facta ab Episcopo spacio patrone laico, qui si futra tempus sibi concessum ad presentandum reclamauerit, non subficit, ac non reclamante firmatus haber.

Ceterum dicendum omnino est nullo causa valere: sic Garcia supra num. 327. Tum quia electiones facta ante terminum editi appositi omnino cessantur, *in dicto cap. fin. de electione, in 6.* nulla distinctione facta, an postea compareat, vel non compareat competitor. Ergo idem dicendum est de hoc examine, & prouisio facta. Quia militat eadem ratio, ut videbimus. Tum quia concilium delegans tempus peragendi hoc examen virtutis ablativo absoluto: inquit enim *transactio constituto tempore*, qui modus loquendi in his, que de iure non infundit, inducit conditionem, & formam, *leg. à testatore, ff. de conditionib. & demonstr. & pluribus comprobant Salsi, lib. 3. de matr. disp. 5. num. 2. in 2. argumen. iuncto num. 4.* Tum quia concilium, & constitutio Pij V. annullat omnes prouisiones factas contra, vel praeferit formam à se constituta. Constituit autem, ut transacto tempore editi examen fieri. Ergo aliter factum nullum est, & consequenter prouisio inde reflatur. Ratio vero, quare terminus editi expectandus sit, traditur à Rota in una Toletana parochialis de Alaudete, coram D. Stephano 3. Iuli, 1595. & colligitur *cap. fin. de electione, in 6.* ne inquam per prouisionem unius alii, qui se volunt opponere, supplarentur, & Ecclesia detrimentum patiar, carens ministri dignioribus. Neque obstat exemplum de collatione facta prieto, patrono. Nam est concepcionis valere ipso non reclamante, ideo est quia in favorem ipsius annullatur; qui fautor ipse cedit, dum nona reclamata prouisio parochialium sine examine, & examen ante finitum terminum editi annullatur in favorem Ecclesiarum, & oppositorum, qui eis postulant, quae ratio, sive competitores compareant sive non, semper perfuerat.

3 Secundo dubitabis, an si ex descripsis desistant digniores, vel non compareant ad examen transacto praedicto termino editi, posse ordinarius illis spes reliquos examinare, & beneficium prouidere, vel teneat nouum edictum cum novo termino proponere?

Ceterum est ob nullius desistentiam, vel comparitionis nolitionem examen impediendum. Alias in cuiusque voluntate est prouisionem beneficiorum impeditur. Quapropter si semel descripsis desistit, quantumcumque dignissimus reputetur, vel termino signato non comparet nulla allegata causa, reliqui oppositores examinandi sunt, & illis beneficium prouidendum: sic à sacra congregazione decimum referit Garcia 9. part. de benef. cap. 2. num. 216. Dixi nulla allegata causa: Nam si causam aliger, iudicis Episcopi legitimam, debet Episcopus aliquod tempus ad comparendum concedere, & interim prouisionem detinere. Quod si facto examine qui reputabatur dignior cedit, vel decedit, inter reliquos electio facienda est, neque vila ratione nouum edictum proponendum. Quia cum ipse iuri, quod sibi poterat competere, cedisset, vel amiserit, reliquis appositoribus accedit.

4 Vetus electione facta, si electus desistit, nouum electum proponendum videtur, quia prior causa, & oppositio electione finitur. Limitat autem *Garcia, dicto cap. 2. num. 224.* vt procedat ante lapsum quadimelitum datum ex constitutione Pij V. ad significandum Papam. Nam illo transacto non facta significatio, omnimoda dispositio ad Papam libere demolitus, etiam si Episcopus dedit litteras electio. Sed mili nullo modo haec limitatio placet. Quia haec devolutio, & auctoratio transacto quadrimestri, est apposita in peccatum negligenter ordinari, ut ex ipsa bulla constat. Cum ergo in supradicto casu nullam ordinari negligentiam habuerit, neque per ipsum stererit, quomodo elecio Romæ ficeretur, nequaquam devolutio locū habere debet,